

minore semine, quam quidam oxymyrinen uocant, alij chamamyrinen, alij acaron à similitudine. Est enim breuis, fruticosa. Fit & ex citro, cupresso, nucibus iuglandibus, quod carynon uocant: malis cedri, quod cedrelaon. Ex grano quoq; gniidio purgato semine & tuso. Item lentisco: nam & cyprinum è glande Aegyptia ut fieret odorum causa, dictum est. Indi ex castaneis & sesama atq; oriza facere dicuntur: Ichthyophagi è piscibus. Inopia cogit aliquando luminum causa et è platani baccis fieri, aqua et sale maceratis. Et enanthinū fit de ipsa enanthe, ut dictum est in uinguētis. Gleucino mustū iocoquitur uapore lēto: ab alijs sine igne circumdatis uinaceis diebus xxij. bis singulis permixtū: consumiturq; mustū oleo. Aliqui non samsucum tantū admiscunt, sed etiam pretiosiora odora-menta. Et in gymnasijs quoq; conditur odoribus, sed uilissimis. Fit & de aspalatho, calamo, balsamo, iri, cardamomo, meliloto, nardo gallico, panace, samsuco, helenio, cinnami radice, omnium succis in oleo mace-ratis expressisq;. Sic & rhodinum è rosis, iuncinum è iunco, quod est rosaceo similimum. Item hyoscyamo, lupinis, & narcisso. Plurimum autem in Aegypto è raphani semine, aut gramine herba, quod chortinon uocant. Item sesama & urtica, quod cnecinum appel-lant. E lilio & alibi fit sub diuo, sole, luna, pruina ma-ceratum. Suis herbis componunt inter Cappadociam & Galatiam, quod Selgiticum uocant, neruis admo-dum utile: sicut in Italia è gummi. E pice fit quod pi-cinum appellant, cum concoquitur uelleribus supra halitum eius expansis atque ita expressis, probatum maxime è Brutia. Est enim pinguis & resinosissima. Color oleo fuluus. Sponte nascitur in Syriae ma-ritimis, quod elæomeli uocant. Manat ex arboribus pingue, crassius melle, resina tenuius, sapore dulci, & hoc medicis. Veteri quoque oleo usus est ad quaedam genera morborum. Existimatur & ebori uindicando à carie utile esse. Certe simulacrum Saturni Romæ intus oleo repletum est.

De amurca.

CAP. VIII.

Per oīa autē celebrauit amurcā laudibus Cato. **S**olia olearia cadosq; illa imbui, ne bibant oleū. Amurca subigi areas terēdis messibus, ut formi-cæ rimæq; absint. Quin & lutū parietū ac tectoria et pauimenta horreorū frumenti, uestiariū etiam cōtra teredines ac noxia animalia, amurca aspergi: semina frugū perfundi: morbis quadrupedū, arborū quoq; il-la medendū, efficaci ad ulcera iteriora humani quoq; oris. Lora etiam ac coria oīa, & calceamina, axesq;, decocta ungi, atq; eramēta contra æruginē colorisq; gratia elegantioris: & totā suppellectilē lignēā, ac uasa fictilia, in quis ficū aridā libeat asseruare: aut si folia baccasq; in uirgis myrti, aliudue id genus simile. Postremo ligna macerata amurca, nullius fumi tædio ardere. Oleam si lambendo capra lingua contigerit, depaueritq; primo germinatu, sterilescere, autor est M. Varro. Et hætenus de olea atque oleo.

Pomorū omniū genera & naturæ. CAP. IX.

Reliqui arborum fructus, uix specie figuratū, non modo saporibus succisq; toties permixtis atq; insitis, enumerari queunt.

Nucum pinearū genera quatuor. CAP. X.

Grandissimus pineis nucibus, altissimeq; suspen-sus, itus exiles nucleos lacunatis icludit toris, uestitos alia ferruginis tunica, mira naturæ cu-ra molliter semina collocadi. Harū genus alterū Ta-rētīnū, digitis fragili putamine, auuūq; furto in arbo-re. Tertiu sapinū è picea satina, nucleorū cute uerius q̄ putamine, adeo molli, ut simul mādatur. Quartum pityida uocāt è pinastris, singularis remedij aduersus tussim. In melle decoctos nucleos Taurini aq celos uocāt. Pineæ corona uictores apud Isthmū coronantur.

De malo cotoneo.

CAP. XI.

His proxima amplitudine mala quæ uocamus cotonea, et Græci cydonea, ex Creta insula ad-uecta. Incuruatos trahunt ramos, prohibētq; crescere parentē. Plura eorū genera. Chrysomela, inci-suris distincta, colore ad aurū inclinato. Quæ candi-diora, nostratia cognominata, odoris præstantissimi. Est & Neapolitanis suis honor. Minora ex eodem ge-nere struthea, odoratius uibrant, serotino prouentu, præcoci uero mustea. Strutheis autem cotonea insita suum genus fecere muluiantū, quæ sola ex his uel cru-da manduntur. Omnia iam & uirorum saluatorijs cubilibus inclusa, simulacris noctium conscijs imposi-ta. Sunt præterea parua syluestria, à strutheis odora-tissima, in sepibus nascentia. Mala appellamus, quanq̄ diuersi generis, persica, & granata, quæ in punicis ar-boribus nouem generum dicta sunt. His acinus sub cortice intus, illis lignum in corpore. Necnon et quæ-dam è piris libralia appellata, amplitudinem sibi pon-deris nomine asserunt.

De Persico, genera quatuor.

CAP. XII.

Sed Persi corū palma duracinis. Nationū habent cognomen Gallica & Asiatica. Post autumnum maturescunt, æstate præcocia intra xxx. annos reperta, et primo denarijs singula uenundata. Super-natia è Sabinis ueniunt, popularia undiq; . Pomum innocuum expetitur agris: Pretiumque iam singulis triceni nummi fuere, nullius maiore: quod miremur, quia non aliud fugacius. Longissima nanq; decerpto bidui mora est, cogitq; se uenundari.

De pruno, genera undecim.

CAP. XIII.

Ingēs postea turba prunorū, uersicolor, nigra, cā-dicans. Hordearia appellata, à comitatu frugis eius. Alia eodē colore seriora maioraq; asinina cō-gnominata à uilitate. Sūt et nigra, ac laudatiora seri-na, atq; purpurea. Necnō ab externa gēte Armenia ca, q̄ sola & odore cōmendantur. Peculiaris impuden-tia est nucibus insitorū, quæ faciē parentis succumq; adoptionis exhibent, appellata ab utroq; nuci pruna. Et hæc autem & persica, & cerina, ac syluestria, ut uix autūno cadis cōdita, usq; ad alia nascentia etatē sibi